





Mosheim / Joh: Laur: / Diss. de Ecclesia  
Christi, Helmst. 1740.

psaffij / Christoph: Matth: / Diss.  
de Coelo Beatorum, Tubinge  
1722.

Reudenij / Ambr: / theses de  
Symbolo Apostolico, Jene  
1589

Diss. de Deo ac tribus  
personis, Jene 1589.



DISPUTATIO THEOLOGICA

DE

PAPISTICO MIS-  
SÆ SACRIFICIO

CVM

EPIMETRO AD LEONEM AL-  
LATIUM GRÆCUM.

AUTORE

GERHARDO TITIO  
S. THEOL. DOCT. ET PROF.  
ORDINARIO

IN ACADEMIA IVLIA

EDITIO SECUNDA.  
auctior.



HELMESTADII,  
Typis JOHANNIS HEITMÜLLERI  
Anno c1616 cLIIIX.



TRIPERTITIO THEOLOGICA

DE

PAPISTICO MIS

SE SACRIFICIO

DE

EPINETRO AD FEONEM AL

LATION GRACUM

ALIORE

GERNHARDO TITIO


S THEOL DOCT ET PROF

ORDINARIO

IN ACADEMIA ILLA

LIBRO SECONDA

LIBRO



WELMSTADIA

Typis Johannis Heilmannii

anno 1711







DE  
**PAPISTICO MISSÆ**  
 SACRIFICIO.

**V**Ox Missæ significatu ecclesiastico hodiè celebratio-  
 nem eucharistiæ significat. Et eo sensu capitur in  
 Augustanâ Confessione quando illa Artic. III. de  
 abusibus sub initium inquit; *Falsò accusantur ecclesia nostra*  
*quod Missam aboleant. Retinetur enim Missæ apud nos, & sum-*  
*mà reverentiâ colitur. Servantur & usitatae ceremonie ferè*  
*omnes, præterquam quod Latinis cantionibus admiscentur a-*  
*licubi Germanicæ, quæ additæ sunt ad docendum populum.*

*Respond.*  
**HER-**  
**MANNO**  
**Norgeny**  
**Hildesi-**  
**ense.**

II. Inter varias autem appellationes quibus san-  
 ctissima hæc actio à veteribus insigniri solita est, admo-  
 dum frequenter occurrit vocabulum sacrificij. Cujus  
 adhibiti aut impositi rationem luculenter reddit Epito-  
 me Calixtina, factum id scilicet esse *partim imitatione ve-*  
*teris Testamenti, quod eius vocabula & phrasæ Novi ritibus*  
*accommodare conveniens visum fuerit, partim quod ibi præ-*  
*sens sit id, quod olim materia fuit sacrificij, sive corpus & san-*  
*guis Christi quæ pro nobis sacrificium Deo Patri in arcâ crucis*  
*obtulit, partim quod eucharistia ut pote sacramentum & actio*  
*à Christo instituta, sit Dei cultus ipsi gratus & acceptus, &*  
*propterea referatur inter sacrificia spiritualia sive figuratè i-*  
*ta dicta. Hæc ibi laudata Epitome. Eodem respiciens eti-*  
*am Apologia Augustanæ Confessionis, Nos facile patimur*  
*ait, Missam intelligi jùge sacrificium, modò ut tota Missa in-*  
*relligatur, h. e. ceremonia cum prædicatione evangelij, fide,*





invocatione & gratiarum actione. Nam hæc simul coniuncta sunt iuge sacrificium N.T. quia ceremonia propter hæc instituta est, nec ab his divellenda. Hæc etiam Apologia, quamvis aliàs monuisset, majores nostros consilio nomen sacrificij in Confessione suâ propter ambiguitatem vitavisse, titulo de Missâ non procul à fine.

III. Nempe non negant prorsus Protestantes, celebrationem cœnæ Dominicæ sacrificium certo modo vocari posse. Quin inter ipsos magni nominis Theologus D. Martinus Chemnitius Exam. Concil. Trid. part. II, de Missâ Pontificiâ peculiarem titulum consecravit considerationi, *Quo sensu actio liturgiæ juxta scripturam rectè possit sacrificium appellari?* Similiter Urbanus Regius libro cui titulum fecit, *Materia cogitandi de Missâ negotio*, fol. LX, scribit nos non abhorreere nomen sacrificij, Missæ impositū, sed rem quæ sub eo nomine à Papistis occultetur. Rursus in alio similis argumenti scripto cui titulus est, *Sententia orthodoxorum Patrum de Missali sacrificio* fol. LXXXI, *In nomine sacrificij*, inquit, *non est periculum si rem intellexerimus iuxta fidei analogiam.* Res scilicet hunc in modum sese habet. Christus obtulit Deo sacrificium propitiatorium, pro expiando, redimendo, & reconciliando genere humano, dum semet ipsum in mortem tradidit & in cruce mortuus fuit. Hoc est verum proprièque dictum sacrificium, quod iterari omninò non potest. Instituit autem celebrationem sanctæ eucharistiæ, in quâ sese in mortem non tradidit, sed quando editur panis & bibitur vinum, corpus suum manducandum, & sanguinem bibendum nobis exhibet, hæc fini, ut passionis & mortis ejus, sive sacrificij in cruce peracti, seria & efficax fiat recordatio. In sanctâ itaq; eucharistiâ præsens adest ipsum  
illud



illud corpus, quod in cruce pro nobis est traditum, & ipse ille sanguis, qui ibi de faucibus lateris manavit. Mors etiam Domini, quamvis dudum praeiterita, & reapse nunquam iteranda, sistitur & offertur Deo per ecclesiae preces, quas spiritualia sacrificia appellari posse certum, & ad Deum placandum & ex irato propitium reddendum facere, dubium non est; commemoratur mors illa Domini non meris verbis, sed ipsa simul corporis ac sanguinis eius sumptione. Quod dum in verâ fide peragitur, non minus in summentes fructus & effectus mortis domini derivatur, quam si illo ipso momento corpus in mortem traderetur & sanguis effunderetur. Quin imò, in quantum preces per sanguinem Christi, & quidem ceu hinc & nunc praesentissimum, pro omnibus, etiam absentibus cujuscunque conditionis hominibus ad Deum à dignè participantibus fusae effectum habere possunt, in tantum admitti potest, fructum administratae eucharistiae in absentes quoque redundare. Nihil horum negant Doctores nostri, & ne quidem negant propter has rationes eucharistiam sive Missam sacrificium vocabulo improprie accepto appellari posse. Pernegant autem, sacrificium Christi iterari, pernegant in eucharistia deprehendi sacrificium *proprie dictum*, quod cum sacrificio in cruce peracto specie conveniat & vim habeat praecipue ex opere operato impetrandi alijs donum poenitentiae, imò quod liceat offerre pro iis, quos scimus in peccato libenter manere, pro obduratis & impenitentibus ut haec omnia totidem verbis docet Bellarminus Libr. II de Missa Cap. IV.

IV. Sed videamus paulò propius quidnam Pontificij nobis hinc comminiscantur? Concilium Tridentinum, cuius vox Bellarmino Libr. V. de Grat. & Liber. ar-



bitr. Cap. XIII, §. Et citatur Ruardus &c. ecclesia Catholica vox est Sess. XXII sub Pio IV, Cap. I, hunc in modum loquitur: Is igitur Deus & dominus noster, etsi semel se ipsum in arâ crucis morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut eternam illic redemptionem operaretur, quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguendum non erat, in cœnâ novissimâ quâ nocte tradebatur, ut dilectæ sponsæ suæ ecclesiæ visibile sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium quo cruentum illud, semel in cruce peragendum representaretur, eiusque memoria in finem usque seculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum applicaretur, sacerdotem secundum ordinem Melchisedec se in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulit, ac sub earum rerum symbolis Apostolis quos tunc Novi Testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent tradidit, & eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus ut offerrent præcepit per hæc verba, Hoc facite in meam commemorationem, uti semper Catholica ecclesia intellexit & docuit --- Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate aut malitiâ offerentium inquinari potest, quæ Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit, & quam non obscure innuit Apostolus Paulus Corinthiis scribens, cum dicit non posse eos qui participatione mensæ dominorum pallati sunt, mensæ Domini participes fieri, per mensam altare utrobique intelligens. Canone postmodum I & II, more contumelioso ejaculatur dira anathemata: Si quis dixerit in Missâ non offerri Deo verum & Proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari, anathema sit. Si quis dixerit, illis verbis, Hoc facite in meam

com-



commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse ut ipsi alijque sacerdotes offerrent corpus & sanguinem suum, anathema sit. De fructu autem sacrificij hujus Sess. cii. Cap. ii. sub finem sic decernitur. *Oblationis eruent & fructus, per hanc uberrimè percipitur...* Quare non solum pro fœclium vivorum peccatis, pœnis, satisfacti-  
onibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis ritè iuxta Apostolorum traditionem offertur. Hæc ita omnia Synodus illa Tridentina.

V. Audimus hic in Missâ à sacerdote offerri verum & proprium sacrificium. Idque sub anathemate credendum proponi. Bellarminus etiam Libro cui Iudicij de Formulâ Concordiæ titulum fecit, Mendacio quod ille vocat LV, in eo præcipuam de Missâ questionem consistere docet, quod Missa sit verum ac propriè dictum sacrificium. Cum itaque hoc affirmant Pontificij, petimus & postulamus ab ipsis jure merito, ut describant nobis aut definiant, quid sit verum ac proprium sacrificium? in quo formalem ejus rationem collocatam velint? Hic verò miserè illi, nec sine causâ sanè tergiversantur, non levi interim causâ parum bonæ indicio. *Toto jam decennio*, ait Apolog Aug. Conf. titulo de Missâ sub finem, *infinita penè volumina ediderunt adversarij de sacrificio, neque quisquam eorum definitionem sacrificij hæcenus posuit. Tantum arripiunt nomen sacrificij vel ex scripturis vel ex Patribus. Postea affingunt sua somnia, quasi verò sacrificium significet quicquid ipsis libet.* Et Urbanus Regius Patr. *Sentent. de Missal. sacrific. fol. LXXXI; Multa planstra inanium verborum & allegationum è Patribus afferunt quod Missa sit sacrificium, quod nemo negat. Nempe frustra sunt argumenta Papistarum omnia, si-  
ve è scripturis contorta, si-ve emendicata à Patribus, qui-*  
bus



bus concludunt missam esse sacrificium. Inferendum enim ipsis incumbit Missam non qualitercunque, sed verum ac propriam esse sacrificium. Et hoc ipsum etiam, nullo suo cum fructu efficient, nisi prius nobis aperuerint quid & quale demum sacrificium verum ac proprium esse velint? Parum autem abest, quin disertè fateri cogantur Papistæ, nescire se quid sit verum ac proprium sacrificium. Ita nuper è Jesuitarum suggestione ut apparet, apostata Sonnemannus libello sycophantico Entdeckung/

*fol. 92.* contra Præsidem; *Wobey* obiter zu notiren das in der heiligen Messe ein wahrhaftiges Opfer sey / weil die Kirche von Christo gelehret / und dem heiligen Geiste regieret es saget / wann gleich die Doctores in beschreibung / was zu einem wahrhaftigen Opfer wesentlich gehöret / nicht übereinkommen; gleich wie viel dinge unter dem Göttlichen Glauben begriffen / welche doch wir Menschen nicht eigentlich ihrem Wesen nach beschreiben können. Subjiciam autem quomodo opposito vernaculo libello *Heimsendung* hanc soliditatem explo-

*fol. 96.* serit Præses: Also sind die Papisten selber noch nicht gewiß / was zu einem eigentlichen (wahrhaftigem) Opfer gehöre. Weissen aber dennoch alle glauben / daß die Handlung des M. Priesters ein wahrhaftiges Opfer sey. Auf solche weise können ja widerwertige Meinungen hierdon seyn / und kan dennoch ein jeder sagen / Er glaube allhier ein verum sacrificium, nemlich nach deme es ihme zu definiren gutdünket. Ja auf solche weise muß Sonneman mit den Calvinisten zu frieden seyn / wenn sie fürgeben sie glauben veram Christi præsentiam, (im Abendmahl) und mit den Socinianern / wenn sie rühmen / sie glauben veram Christi divinitatem, ob sie gleich mit ihme nicht können in den definitionibus veræ præsentia und veræ divinitatis übereinkommen. Und ist die



die Kirche (nemlich im Concilio Tridentino) diß vom heiligen Geiste gelehret daß der Priester im Abendmahlein wahrhaftiges Opfer verrichte / so hat der heilige Geist diß sie gelehret entweder auß der Schrift / oder ohne die Schrift. Das letztere thut er nicht / daß erste findet sich nicht / oder es zeige uns doch Sonneman Ort und Stelle wo vom sacrificio vero unnd proprio im Abendmahl gehandelt werde? ... Zwar spricht Sonneman es weren viel dinge unter dem Göttlichen Glauben begriffen / welche doch wir Menschen nicht eigentlich beschreiben können. Aber diß ist sehr dunkel und weitläufftig geredet / und heite er sich etwa mit einem Exempel erklären sollen / so were Antwort zu finden gewesen.

VI. Bellarminus magis hîc, ut intelligens ita ingenuus, Libr. 1. de Missâ Cap. 11. §. 1. fatetur in voce sacrificium non esse quærendam etymologiam aut vulgarem aliquam significationem, quæ notissima sunt, sed (quærendum) quid propriè sit sacrificium, sive quæ sit eius natura & definitio? tum Col. 790, tradit talem definitionem sacrificij propriè dicti ut ibi vocat: sacrificium est oblatio externa facta soli Deo, quâ ad agnitionem humanae infirmitatis, & professionem divinae Majestatis à legitimo ministro res aliqua sensibilis & permanens, ritu mystico consecratur & transmutatur. Excusat longitudinem definitionis; hac definitio paulò longior esse debuit, ut omnes conditiones sacrificij propriè dicti complecteretur. Ultimam vocem §. ult. Cap. cit. exponit hunc in modum: ad verum sacrificium requiritur, ut id quod offertur Deo in sacrificium planè destruat, id est, ita mutetur, ut desinat esse id quod antiè erat. Item, summa ista protestatio requirit, ut non solum usus rei offeratur sed ipsa etiam substantia. Et ideo non solum usus, sed ipsa substantia consumatur. Antea dixerat hoc ipso Cap. Col. 788, §. secundo probatur &c. Isaac verè & propriè sacrificandus dicebatur à Patre



tre quando occidendus & cremandus Domino ducebatur Gen. 22, Et omnia omnino quæ in scripturâ dicuntur sacrificia, necessario destruenda erant. si viventiâ per occisionem, &c. In eundem sensum & disertissimè quidem, scribit Libr. cit. Cap. xxvii, §. Hæc sententia, &c. Verum & reale sacrificium, veram & realem mortem, aut destructionem rei immolata desiderat.

VII. Hæc explicatione veri & proprii sacrificij posita Epitome Calixtina validissimè argumentatur contra sacrificium Missæ ex ipsâ ratione seu definitione sacrificij; Quæcunque res animata sacrificiatur, occisione destruitur: at Christi corpus utique animatum, non destruitur occisione in eucharistiâ. Christi corpus non sacrificatur in eucharistiâ. Major à Bellarmino verbis productis satis superq. est concessa. Minor probatur verbis scripturæ Rom. vi, 9: *Christus excitatus ex mortuis non amplius moritur, mors ei non amplius dominabitur*, Perstat itaque & arctè premit Pontificios conclusio, Sonnemannus nihilominus libello propudioso supra citato ad majorem duo voluit oggannire, ne nihil diceret homo à vulgata religio. Primò inquit, daß in einem warhafftigen eigentlichem Opfer mußte ein lebendiges vom Leben zum Tode gebracht werden / ist nicht war weil nicht zu beweisen daß es nothwendig / und hingegen zu lesen Levitic. 8. cap. daß Gott den Jüdischen Priestern befohlen zweien Ziegenböcken zum Sündopfer / einen nicht zuschlachten / sondern lebendig in die Wüsten lauffen zu lassen. Cæterum præterquam quod hoc est Bellarmino in faciem contradicere & suem docere Minervam, nullius quoque roboris est hoc effugium. Discere enim è Postillis Lyra ad illum scripturæ locum potuisset quæ ille ibi annotavit; *emittet sacerdos alterutrum hircum in terram*

fol. 92.

fol.



solitariam, ut ibi relinqueretur à feris devorandus pro hominibus meritis dignis. Secundò itaque dicit: Titius wil seine unwarhaftige Meinung bestettigen mit der autoritet des Bellarmini. Aber mit unwarheit. Dann Bellarminus ist nicht der Meinung wie D. Titius von ihm vorgiebet / sondern etner weit anderen welche zu finden Libr. 1. de Missâ Cap. xxv. und sich also anhebet: *respondeo, sacrificium Missae esse verissimum sacrificium, & tamen non exigere hostiae occisionem.* Lector conferat verba Bellarmini, segmento præcedente bonâ fide producta cum Sonnemannianis illis; Bellarminus ist nicht der Meinung wie D. Titius von ihm vorgiebet / & habebit specimen apostaticæ impudentiæ, negare autæ solem etiam in meridie lucere. Quod attinet locum Bellarmini quem transfuga producit, non arguit ille, Præsidentem Bellarmino falsò sententiam imposuisse, sed Bellarminum à se ipso diversum hic factum esse evincit, ut solet contingere falsa defendere laborantibus. Afframus ipsa Bellarmini verba oppidò perplexa. *respondeo inquit sacrificium Missae esse verissimum sacrificium, & tamen non exigere hostiae occisionem.* Quia autem probè videt hoc cum ijs quæ superius docuerat non coherere, ad distinctionem confugit. *Solum enim pergit, occisio requiritur in oblatione rei viventis, & quæ in formâ rei viventis offertur, ut cum offeruntur agni, vituli, aves & similia, quorum destructio in morte consistit. At cum forma sacrificij est rei inanimæ (de qua tamen hic non est quæstio) ut panis, vini & similibus, non potest requiri occisio, sed solum consumptio rei illi convenientis.* Si dicas, Christum qui in Missâ offerri ab ipsis perhibeatur, esse rem viventem atque ad eò in eius oblatione occisionem requiri, tenebris se involvit Bellarminus & porro sic distinguit; *In missâ offertur quidem*



Christus qui est res vivens, & offertur in formâ rei viventiis quantum ad representationem, ubi solum requiritur mors representata non autem mors re ipsâ: sed ut est sacrificium reale & propriè dictum, offertur in formâ panis & vini juxta ordinem Melchisedech & proinde forma rei inanimæ. -- Quare consumptio huius sacrificij non debet esse occisio: sed manducatio. Quid audio? ergone Christus saltem offertur in Missâ quantum ad representationem, morte representatâ? panis aut vinum verè & realiter? Hoc modo verum & proprium illud sacrificium in missâ, de quo tam magnificè loquuntur Papistæ, nihil aliud erit quam oblatio panis & vini rerum inanimatarum, atque adeò sacrificijs Leviticis, quæ in mactatione & oblatione animantium consistebant, longè inferiorum. Sacrificium autem ipsius Christi, cum pane & vino præsentis, saltem erit purè representativum. Representativum vero sacrificium comparatione ejus cujus est representativum, tam non est verum & proprium sacrificium, quàm representativum in theatro aut in pictâ tabellâ prælium, non est verum & propriè dictum prælium. Quàm pulchrè hîc Bellarminus & secum ipso, occisionem ad sacrificium propriè dictam rei alicujus vivæ adeò disertè suprâ requirente, & *Seff. xxxi. cum Concilio Tridentino, in Missâ offerri verum & proprium sacrificium, offerri corpus & sanguinem Christi con-*  
*Can. 1, 2. tendente, conveniat, utrumquemque judicem esse facile patiemur.*

II. Aliud argumentum contra Papisticū illud in Missâ excogitatum verum & proprium sacrificium, suppeditat epistola ad Hebræos. Prius tamen loca ipsa adscribemus. Hebr. vii, 26, 27; *Talis decebat ut esset nobis pontifex, - cui non sit quotidie necesse -- offerre, - nam id fecit semel cum se-*  
*met*



met ipsum obtulit. Cap. ix, 25, 26, 28, neque ut saepe offerat  
 semet ipsum, sicut Pontifex ingreditur sacrarium quot annis,  
 alioqui oportet eum saepe passum fuisse. -- semel oblatus est, ut  
 multorum peccata tolleret Cap. x, 11, & 14; omnis sacerdos a-  
 stat quotidie operans & easdem saepius offerens hostias, qua  
 nunquam possint auferre peccata. Hic vero una pro peccatis  
 oblata victimâ, --- unicâ oblatione consummavit in perpe-  
 tuum eos qui sanctificantur. Fit argumentum: Qui semel  
 oblatus est, sicut statutum est homines semel mori, is non *Hebr. ix.*  
 offeretur porro. Christus semel oblatus est sicut &c. Er- *27, 28.*  
 go. Major ex terminis nota est. Minor conceptis scriptura  
 & verbis traditur. Si dixerint ad majorem; qui semel  
 cruentè oblatus sit, eum cruentè quidem non amplius of-  
 ferri, offerri tamen posse incruentè. Respondemus, pro-  
 bandum prius ex scripturis esse, dari præter cruentum  
 Christi sacrificium, aliud verum & proprium ejusdem  
 quantumvis incruentum sacrificium, & tum demum li-  
 cere ipsis majorem ita constringere. Quod si autem per  
 incruentum sacrificium, intelligant commemorationem  
 mortis domini, cum precibus ad Deum fuis conjunctam,  
 quibus mors illa Deo patri offeratur, admittimus limi-  
 tationem, & concedimus isthoc pacto sacrificium Chri-  
 sti à nobis repeti posse, salvâ ejus, ut sic diamus, *unicâ a-*  
*te & perfectione.* Sed talis commemoratio & repetitio  
 sacrificij Christi cruenti, non est verum & proprium, sed  
 figuratè & impropriissimè sumptū sacrificium, quali Pon-  
 tificij hîc nolunt esse contenti. Si porro dixerint ad ma-  
 jorem. Qui semel oblatus est, eum non offerri ulterius  
 eo fine, ut majus redemptionis pretium acquiratur, bene  
 tamen offerri posse rursus, ut acquisitum redemptionis  
 pretium hoc ipso aliis applicetur; nec sic deest nobis re-



sponsio. Jubebimus scilicet eos rursus ex scripturâ ostendere, quod actione Missificandi quâ sacerdos defungitur, virtus sacrificij Christi cruenti alijs applicetur. Si enim extra scripturam, saltem pro libitu illi hoc confinxerint, nos eadem facilitate id rejiciemus, quâ ab ipsis afferetur. Hoc quidem verum est, commemoratione mortis domini, sumptioni sacrorum symbolorum ex institutione Christi jungendâ, applicari objectivè unicuique pretium redemptionis dominicæ, cui objectivæ applicationi si ex parte hominis occurrat ἀντιληπτικῶς fides, fructum cruenti sacrificij, qui est remissio peccatorum, in sumentes, imò & instantes contritos & mortem ac passionem Servatoris sui piâ devotione recolentes, redundare. Sed commemoratio illa mortis domini ut jam ante dictum, non est verum & propriè dictum sacrificium, nec sacerdoti soli proprium, sed à communicantibus quoque, imò & circumstantibus peragi idoneum. Manet itaque, sacrificium Christi verum ac proprium, à sacerdote iterari nec posse nec debere.

IX. Tertio argumentamur hunc in modum. Si ex institutione eucharistiæ à scriptoribus ἱεροπνευστοῖς consignata, evidentè colligi nequit institutum à Christo verum corporis & sanguinis sui sacrificium, tum dogma illud de instituto ibi tali sacrificio merito figmenti instar habebitur. Sed ex institutione eucharistiæ &c. evidentè hoc colligi nequit, ergò. Excipere tamen solent ad minorem Pontificii, cum Christus in tempore præsentis locutus, dixerit, *hoc est corpus meum quod pro vobis TRADITUR. Hic est sanguis meus qui pro multis EFFUNDITUR, dedisse ea ipsa hora mystico modo suum corpus, & effudisse suum sanguinem, in quibus actibus sacrificium illud inveniunt*

CON-



*consistat*, sicut id inter alios urget & affirmat Nihusius Art. novâ part. iii Cap. ii § ii. Verum enim verò, si Christus quando ista verba protulit, *sanguinem suum effudit* ut ait Nihusius, quomodo tunc non fuit cruentum illud sacrificium, etiamsi invisibilis fuerit illa sanguinis effusio? An enim cruorem verè quis effundat manens nihilominus incruentus? Duplex igitur habituri essemus sacrificium cruentum, quod ipse apostata alioqui non concesserit. Sed probationem Nihusij & Papistarum videamus. Fiat ex mente ipsorum syllogismus. Qui in tempore praesenti locutus, dicit se corpus suum tradere, is pro eo ipso tempore corpus suum tradit. Christus in praesenti tempore locutus ita dicit, Ergo. Hæc major si firmo stat ralo, subsumemus nos similiter: Christus Ioh. x. 15. in praesenti tempore locutus dicit, *ego pono animam meam à me ipso*, Paulus quoque II. Timoth. iv. 6. in praesenti tempore locutus ait, *ego iam libor*; Ergo Christus eo ipse tempore animam deponebat, & Paulus cum ista diceret, libabatur, hoc est, moriebatur uterque antequam moreretur. Quicquid ad nostram collectionem nobis responderint Papistæ, ad suam sibi rursus responsum ilicò habebunt. Nempe praesens pro futuro propter certitudinem eventus in scripturis aliquando poni, nemo nisi qui planè in ijs hospes est, ignorare potest.

X. Tridentini (nam ad eos reverti temporis ratio exigit) verbis §. iv. citatis aliam quæram excutiant. Dicunt Christum apostolos suos instituisse sacerdotes, & ipsis eorumque in sacerdotio successoribus ut corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini offerrent præcepisse per hæc verba *HOC FACITE &c. uti semper Catholica ecclesia intellexerit ac docuerit. Sed hanc insulsam*

no-



novitatem & falsitatem res ipsa convincit, & agnovit ex recentioribus inter ipsos celebris scriptor Guilielmus Estius commentans in Quartum sententiarum: *Quod nonnulli Neoterici (ipsi cum primis Tridentini) vim faciendam putant in verbo FACITE quasi idem sit quod sacrificare, eò quod facere pro sacrificare tum in prophanis autoribus, tum in sacris literis interdum positum reperitur, nobis parum solidum videtur, nec apud veteres interpretes hac expositio unquam reperitur nec sanè proposito convenit.* Legantur reliqua viri verba; producta in Tractatu excellentissimi beatae memoriae Dn. D. Calixti, de Communione sub utraque specie §. xci. ubi Tridentinorum illa falsa & audacissima assertio pluribus luculenter redarguitur.

XI. Videamus etiam duo reliqua scripturæ loca à Tridentinis allata, quibus quod in sancta eucharistiâ ponunt verum ac proprium sacrificium, stabilire moluntur. Hec ajunt verbis §. iv, productis est illa munda oblatio, quam Dominus per Malachiam nomini suo quod magnum esset futurum in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit. Et quam non obscure innuit Paulus Corinthiis scribens, cum dicit non posse eos qui participatione mensæ demoniorum polluti sunt, mensæ domini particeps fieri, per mensam altaris utrobique intelligens. Verbo respondere possemus, neutrum horum locorum meminisse veri & proprii sacrificij, quale tamen Papistis hîc probandum unice incumbat. Aliter tamen etiam utrique satisfacere in promptu est. Malachias more Prophetis usitato, adhibitis verbis cultui Levitico externo proprijs describit sacrificium spirituale Novi Testamenti, evangelij prædicationem in toto terrarum orbe futuram. Quod indicat Paulus Rom. xv. 18. quando ait, *sc̄ iερρυειν το ευαγγελιον ἰς ἑσ̄ ut oblatio gen-  
tium*



*ritium fiat accepta, sanctificata per Spiritum sanctum. Paulus mentionem faciens mensæ demoniorum 1. Cor. x, 21. minime intelligit altare, sed mensam ad quam finito sacrificio in idoleo accumbebant Cap. ix, 10. Moris enim erat, ut qui rem divinam fecerant, peracto sacrificio cum sacerdotibus in templo epularentur. Ad id epulum invitabantur etiam amici. Cumque sub initium collectæ inter gentes ecclesiæ, qui Christo nomen dederant multos nihilo minus amicos paganismo etiamnum deditos haberent, ab ijs subinde ad idololatricas ejusmodi epulas, quæ de partibus animantium è sacrificio reliquis, & in illud non admissis inter alia instruebantur, invitari solebant. Ab hac mensâ areet Paulus Christianos. Hanc itaque intelligit, non altare. Fac verò, per mensam intelligi altare, atque adeò à Paulo Christianis tribui altare, ne sic quidem sequeretur, ubi est altare ibi statim verum & proprium esse sacrificium. Rubenitæ enim Josuæ xxii, 26, *adificaverunt altare, non pro holocausto nec pro sacrificio,* & nos Protestantes hodièque altaria in templis nostris toleramus, quos tamen nullum Novi Test. sacrificium propriè dictum, à sacerdotibus repetendum agnoscere, notum est. Tridentini itaque sacrificium suum, propter quod negatum anathemate nos percusserunt, oppidò labili fundamento inædificarunt, productis scripturis ad rem nihil facientibus, *ut dupliciter peccarent, hoc est, ut fallerent homines, & fallerent præ extu nominis divini.* Apolog. Aug. Conf. de votis Monasticis, edit. Lips. in 8vo anni 1618, fol. 287.*

XII. Corradunt quidem Bellarminus, & cum secutus Becanus in Manuali, alia quadam in super scripturæ loca, sed quæ vix coloris aliquid pro causâ præsentis habent, atque adeò scorsim considerari non exposcunt. Alii

C

quidam



quidam cum primis urgent typum agni Paschalis quem, antequam comederetur, sacrificari oportuisse, conficere volunt è loco obscuriore Numer. ix, 13 *vir -- qui cessavit facere Pesab, excidetur anima illa à populis suis*, qui OBLATIONEM *Iehova non obtulit tempore suo, &c.* Verum enim verò, satis certum est, nec sacrificatum fuisse agnum Paschalem, & per magnum fuisse discrimen inter agnum Paschalem & sacrificia Paschalia; quorum utrumque collatis scripturarum textibus eruditè ostendit Wolfgangus noster Franzius Disputat. in Aug. Conf. de Misa §. xxxiii. & sequentibus aliquot, tandem monens Numeror. 7. *coniunctim & agni Paschalis, & sacrificiorum Paschalium mentionem fieri.* Quicquid autem sit de illo Numerorum Capituli septimi loco, ponamus agnum Paschalem prius fuisse sacrificatum, quam fuerit comestus, quid inde tandem accedet causæ Pontificiæ? Fiat argumentatio: Si agnus Paschalis, typus cœnæ Dominicæ, fuit immediatè ante sacrificatus, quam comederetur, sequitur quod & corpus Domini sit immediatè sacrificandum ante, quam comedatur in cœnâ Dominicâ. Hanc consequentiam nos negamus. Neque enim quod in uno est typus alienus, in omnibus quæ ei acciderunt esse eius typus. Agnus Paschalis in uno est typus corporis Domini, in cœnâ comedendi, non in omnibus quæ agno illi facta sunt. Diluvium erat typus baptismi I. Petri III, 21. sed in aliquo, non in omnibus. Aliàs homines in baptismo suffocari oporteret, sicut in diluvio sunt suffocati. Collatio typorum & antityporum, non debet ulterius extendi, quam analogia fidei permittat.

XIII. Constituit quoque Becanus *quintum argumentum ex Patribus*, ubi recitat vocabula *victima, hostia, sacri-*





*sacrificij, oblationis, sacerdotum, altarium, san&æ eucharistiæ à Patribus passim accommodata, & ut pondus adderet argumento, adducit sub finem verba Chemnicij, Exam. Concil. Trid. de illis Patrum appellationibus sic scribentis: Negari non potest, veteres quando loquuntur de celebratione cœnæ Dominicæ, usurpare vocabula sacrificij, immolationis, victimæ &c. Debuisset autem Becanus addere verba Chemnicij illic statim sequentia, & vidisset argumento suo robur jam tum incisum esse. Sic illa habent laudato Exam. Concil. Trident. part. II, de Missâ Pontificiâ, rubricâ quò sensu veteres Missam appellarint sacrificium, non procul ab initio: Negari enim non potest, veteres quando loquuntur de celebratione cœnæ dominicæ, usurpare vocabula sacrificij, immolationis, hostiæ, victimæ item, uti verbis offerre, sacrificare, immolare. Nonne igitur totius antiquitatis universalis consensus est, Missam esse sacrificium? Ego verò simplicissimè respondeo, si de vocabulis sive de appellationibus tantum certamen esset, elabi nulla ratione possemus, quin concedere cogeremur veteres appellationi cœnæ dominicæ frequenter attribuisse appellationes sacrificij. Sed quia de re ipsâ controversia est, respondeo, non esse consequens, si veteres cœnam Dominicam appellarant sacrificium, quod ideo docuerini & senserint tale esse sacrificium sicut Pontificios fingere supra in constitutione status ostendimus. Vocabulum enim sacrificij latè patet, & juxta scripturam & veterum consuetudinem variis rebus, exercitiis & actionibus tribuitur sicut supra exemplis & scripturæ & antiquitatis planum fecimus. Simplex igitur & compendiaria ratio explicandi veterum testimonia, quæ de sacrificio Missæ ab adversariis allegantur, hæc est, ut ob oculos ponatur status controversiæ, quale scilicet sacrificium Pontificij intelligant, quando de Missâ disputant? sicut supra ipsorum verbis explicatum est. & ex*



authit hesi ostendatur quod veteres, quando celebrationem  
 27. eucharistia appellant sacrificium, non intelligant illud de quo  
 27. Pontificij dimicant, sed quod appellationem illam tribuant a-  
 liis multis & variis vere pietatis exercitiis, quæ in actione  
 cœnæ Dominicæ concurrunt, & apud veteres usitata fuerunt.  
 Ita enim manifestum evadet, insignem esse fallaciam, quod u-  
 bicunque apud veteres celebrationi cœnæ Dominicæ tribuitur  
 appellatio sacrificij, quod Pontificij statim commentum de sua  
 Missæ sacrificio affingant. Brevius Urbanus libro Sentent.  
 Patr. &c. supra §. III, cit. fol. 81. Clamant Patres, Patres, &  
 mentiuntur, Patribusque sanctis injuriam inferunt, imputan-  
 tes Patribus (sacrificij, victimæ, immolationis vocibus u-  
 sis) quæ nunquam cogitarunt.

XIV. Subrutis ita fundamentis sacrificij Missæ Pa-  
 pistici, per se concidet, quem illi tribuunt non unius ge-  
 neris, fructus. Non entis enim nullas esse operationes  
 utique palàm est. Actio itaque sacerdotis Papistici, & quic-  
 quid est ceremoniarum quo ille defungitur, sicut nihil  
 commune habet cum sacrificio Christi propriè dicto, ita  
 nihil valebit pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, satisfac-  
 tionibus, & aliis necessitatibus, imò pro defunctis in Christo  
 nondum ad plenum purgatis, ut Tridentini supra §. IV nobis  
 dicantabant. Sonnemannus apostata tamen, hîc opero-  
 sus esse voluit, congestis Patrum quorundam in trivio à  
 27. Papistis jactitari solitis dictis, quæ fructum Missæ ad de-  
 functos etiam extendant & innuant, das/ut ille loquitur,  
 27. durch das heilige Messopffer und Gebet/den Seelen der Tode-  
 ten grosse Hilfe wiederfare/das ihnen daraus grosser Nuz  
 und Frucht entstehe/ und ihnen dadurch könne geholfen wer-  
 den. Quæ Præses his reposuit, in libellis ejus vernaculis  
 qui volat, legat. Subdolè autem commiscet apostata das

Pro-  
 bierst.  
 fol. 7.

Mess-



M. Höpffer und Gebet. Nam quod preces attinet, quas praecunte sacerdote fideles tam communicantes quam assistantes per sanguinem Iesu Christi pro ipsorum peccatis profutum, & hic & nunc praesentem futurum, ad Deum pro viventium necessitatibus fundunt, docemus ipsi & concessimus superius §. III. eas fructu suo non destitui. Sed ipsum missificium, ipsam sacerdotis ceremoniam & actionem sacrificij proprie dicti titulo vestitam, alijs, etiam absentibus & quid ille agat nec noscentibus nec curantibus, imò defunctis etiam, gratiam Dei, remissionem peccatorum &c. extrinsecus applicare, hoc impium figmentum esse dicimus. *Scriptura enim docet, nos coram Deo iustificari per fidem in Christum cum credimus nobis remitti peccata propter Christum. Iam si Missa delet peccata vivorum & mortuorum ex opere operato, contingit iustificatio ex opere Missarum non ex fide quod scriptura non patitur*, verba sunt Aug. Conf. de Missa. Defunctis verò quid quantumve preces superstitum prosint, non usque adeò liquet. Usurpatas illas veteribus fuisse non dissimulamus, non concedimus tamen, purgatorij poenas è quibus animæ liberandæ veniant, ex ijs valide concludi posse. Quod erudite ostensum est Disputatione de Purgatorio Venerabilis & amplissimi Dn. D. Justi Gesenij, & Vindicijs ejusdem Cl. Dn. D. Frid. Ulrici Calixti, ubi videri poterit.

XV. Sonnemannus desultor vehementer hoc urget, quod veterū nonnulli ita oraverint pro mortuis. daß Gott ihnen möge versöhnet werden/daß er mit ihnen wolle gnädiger handeln als ihre Sünde verdienen. Et hinc colligit: hierst. So müssen dero wegen etliche Seelen nach dem Tode in einem solchen Zustande seyn/da sie Gottes gnädiger Verfabrung und Versöhnung bedürffen / quod cum nec in cælo, nec in



inferno locum habeat, tertiam inde mansionem, in Purgatorio scilicet, recte sese putat inferre. Vulcanium perfectò argumentum! ita vehementer claudicat. Ecquid enim prohibebit intelligere preces illas hunc in modum, quod petant ut Deus clementius agat cum animabus defunctis, quam promeritæ erant, quoad DECLARATIONEM aut MANIFESTATIONEM sententiæ in extremo iudicio? Hoc sanè modo Bellarminus ipse intelligere & exponere coactus est preces ecclesiæ suæ, orantis in Missâ; *Libera Domine animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, libera eos de ore leonis, ne absorbeat eos tartarus &c.* quas tamen à poena gehennæ liberatas iam esse ipse largitur; exponere inquam coactus est hunc in modum Libr. II. de Purgator. Cap. v, Col. 644: *Superest adhuc iudicium generale, in quo secundam sententiam (animæ fidelium defunctorum) acceptura sunt. Quocirca ecclesia orans ne in extremo iudicio anima illa absorbeantur à tartaro, non orat pro eâ re quam accipit sed pro eâ quam acceptura est.* Quid autem intelligat per secundam sententiam clarius eloquitur petiò statim sequente; *In illa oratione petitur inquit, ut animæ fidelium defunctorum liberentur à sententiâ damnationis in extremo iudicio ferenda.* Similem ad modum dicere nos poterimus, quando veteres oraverint, ut Deus cum animabus fidelium defunctorum clementius agere velit, cum quibus tamen iam tum clementer imò clementius quam ipsæ promeritæ erant, egerit, intelligendum illud esse de *manifestatione clementis in extremo iudicio sententiæ.* Obijciat fortassis aliquis, hoc modo absurdas fuisse futuras preces illas veterum, utpote quibus id flagitatum fuisset, quod



quod Deus ex clementi promissione ijs qui per fidem in Christum moriuntur factâ, nempe quod tales *in iudicium damnationis non sint venturi* Ioh. III, 18 certò certius iam tum de sese fuisset prastiturus. Caterum minimè est absurdum, orare etiam pro eo, quod scimus iam tum fieri & futurum porrò esse. Sic precamur quotidie ad Deum *sanctificetur nomen tuum, item sit nomen Domini benedictum,* quorum utrumque & fieri semper & futurum esse iam ante certissimi sumus. Id agnovit Bellarminus ipse Libr. de Purgator. cit. II, Cap. v, §. *Dua igitur*, disertis verbis scribens: *vult Deus nos orare etiam pro iis rebus, quas certò accepturi sumus.*

F I N I S



EPI



EPIMETRON PRÆSIDIS AD LEONEM ALLATIUM GRÆCUM.

**L**eonis Allatij Græci, & ad ecclesiam Romano-Papisticam transfuga, describentis nobis *perpetuam utriusque ecclesia, orientalis & occidentalis, tum in dogmate tum in ritibus consensionem*, fidem elevaveram. ego libello vernaculo Sonnemanno apostatico criminatori opposito, usus sequentibus hisce verbis: Zwar ist Leo ein geborner Grieche/ und gelahrter Mann/ aber weil er von den Griechen zum Römischen Papste übergesprungen/ und an dessen Taffel gelbe Suppen isset/ stehet seiner relation gar nicht zu trauen. Dann wie solche Kerle die affecten regieren lassen/ bezeuget die Erfahrung. Hierzu kömpt das Leo mit andern Papisten/ die für ihme von diesen dingen geschrieben übel einstimmet. Hæc verba uulnerunt animosum Leonem, ut faciles motus mens generosa capit. Plenus itaque irarum

Prüfug  
fol. 146.

Dissert.  
ad Joh.  
Christ.  
Boine  
burg.

in me incurrit, & pauca hæc mea verba integris aliquot paginis sibi sumpsit exagitanda. Non afferam hic omnia quibus ille bonas chartas infecit, præsertim ubi *offas & cullinas*, toties ad usque nauseam eructat, ut bene pransum ad scribendum accessisse non vana suspicio sit. Ea saltem hic adponam in quibus nervum aliquem collocare videtur, & brevi responsione singula dimittam, ne ille sibi sapere videatur.

Dicit itaque (1.) *suo sumptu epulas se sibi parare --- non æquè facere qui sibi offas Pontificias objiciant, ut fidem elevent*  
fol. 817.  
818, 819, (2.) *rebus omnibus se anteferre veritatem --- pro eâ mortem*  
820, 821. *oppetere in animo esse affectibus indulgere eos sinere, qui av-  
τομαροι & εὐθυβολοι convivium ineant, perbachentur, deinde  
cibo vinoque oppressi sese deridendos præbeant* (3.) *quænam illa  
fuerit experientia, quâ doceamur similes homines (transfu-  
gas)*



gas) affectibus indulgere? (4.) Leonem inter Græcos educatum, multa securius de illis, quàm externi & alieni, scripsisse (5.) dissencientia àicta illius examinanda fuisse, tum postea falsitatis arguenda. (6.) Græcorum rituales libros -- nobis percurrentes, examinandos si Libris fidem non adhibeamus. & Leonis dictis fidem abrogemus -- cur non ipsam ecclesiam per legatos invisamus, illius que consuetudines & ritus observemus? quod equidem factu difficile non sit.

Respondeo ad has argutuli nugas (Leonina hæc sunt vocabula) breviter & ordine. (i.) Leonem non suo sed Pontificis sumptu visitare eos nobis retulisse, qui Romæ ipsum noverint, & de quorum fide dubitandi causam non habeamus. Fac verò Leonem suo aliquando sumptu epulas sibi parare, an ideò Pontificias offas simul non scetabitur? Quicquid ejus sit, animum certè parasiticum ita nobis denudat, quàm qui de Pontificum opiparâ quadrâ vivunt unice, Præfatione Libri de utriusque ecclesiæ -- perpetuâ in dogmate Purgatorij consensione, Alexandrum VII. Pontif. compellans, Romani Pontificis munus obis, inquit, id multò maximum est. Nullis enim certis finibus terminisque præscribitur. Civitas omnis, gens, hominum universum genus, mundus ipse sub tantâ potestate est -- universorum libertas, fama dignitas, vigilantie Tuae atque prudentie commissa est. Dixisset saltem paulò plenius Leo, quod herum suum sine dubio magis etiam titilasset,

Princeps est cæli, terram regit, imperat orco,  
& summum assentationis præmium purpuram Cardinalitiam sperare potuisset. Et nos ejusmodi conductitij palponis narrationibus fidem sine hæsitacione substringamus. Scribit Bellarminus Recognit. Opuscul. de Trans-



Iar. Imperij, *Sigebertum suspectum haberi posse, ob nimiam propensionem erga Imperatores &c.* Convertat Bellarmini hæc verba uno alteroq; mutato ad sese Leo, & parcat rugire, quod ipsi quæ in rem Pontificiũ & Romanæ ecclesiæ sint narranti, fidem derogaverim. Quam ne nunc quidem, nec in posterum unquam commodaverim, quantumvis magnificè affirmet (2.) *sibi pro veritate mortem oppetere in animo esse.* An enim ei in animo sit pro veritate mortem oppetere, qui vecordi adeò mendacio *mundum ipsum* sub Pontificis *potestate* esse proclamet? qui eadem paginã tam insulsè rursus, & domino quidem suo Papæ in os mentiat, *hereticos* quos ille improbè criminatur, ut *pro bent ecclesiam Romanam à fide & Religione -- deflexisse -- ecclesia Græca consuetudinibus ac diversâ Deum colendi ratione, pro eo argumento uti, quod illis & clava Hercules & Atacis elypeus, & Achilleum argumentum sit?* cum ipse non ignoret, ignorare certè non debeat, Achilleum & mille etiam Leonibus inexpugnabile argumentum. quo uno expedire evincamus *Romanam ecclesiam à fide & religione, quam Apostoli unã cum sanguine suo ecclesiis profuderint, deflexisse,* hoc demum esse, quod Papistica dogmata à regula sacrae scripturae nimium quantum diversa abeant, quicquid aliàs sit de consensu eorum sive cum Græcis aliquibus, sive cum Moschis, sive ipsis quoque si ita illis placuerit cum Turcis. Magnoperè verò hîc cupiam è Leone scire, qui nam sint illi, quos convitio illo suo impetit, *quod convitia αὐτόματι & ἀσύνβολοι incant, perbachentur, cibo vinorum oppressi aliis se deridendos antiquã consuetudine prabeant?* Quantum conjicio, maluit maledicus Leo in scenam convitari, quàm ut certum è nobis, quem nullum no-

verat



verat, designans, repercussæ calumniæ periculum subiret. (3.) Quærenti porrò quæ sit illa experientia quæ doceat apostatas affectibus indulgere, uno brevi verbo in aurem dico, *quæ idianam esse*. Id nec ipse Leo nescire potest, etiam si dissimulet paulisper. (4.) Sed Leo *inter Græcos educatus, multa a securis externis & alijs scripsit*. Permittito libens, securius cum multa, imò licentiùs etiã alijs scripsisse. Verius autem scripsisse, ob causam superius allatam mihi nondum persuadeo. Certè (5.) *dissentientia e-ius ab alijs dicta examinare* vix opus est, cum ipse suum ab alijs dissentium non dissimulet. Postquam enim sibi objecisset hæc mea; *sed Leo cum Papistis alijs, qui de rebus istis scripserunt, male consentit* respondet, *Quid tum? non omnes scire possunt omnia*. Fatetur itaque non obscure, se ab alijs gregalibus suis, qui hæcenus Græcos nec Pontificis qualem hodiè sibi vindicat primatum, nec purgatorium &c. credere nos docuerant, dissentire. Hoc verò nobis satis est ad fidem ipsius elevandam, præsertim cum patefacto turpi assentandi studio, Leo præ alijs, qui contraria ipsi, affectu quamvis ergà communem causam nec remissione nec contrario scripserunt, fidem non mereatur. (6.) Sed examinandi sunt Græcorum libri quos pro sese adducit Leo! Sunt sanè fateor, ab eo, cui res tanti videtur, idque justâ temporis interpositâ morâ, ut in ætatem & autoritatem eorum, & qui illòs condiderunt (nescilicet *recentia ecclesiasticorum librorum assumenta quæ Leo Dissert. cum vellet, vocabat fol. 705 pro veteribus, aut quæ ipsi ad Ioh. relata sunt ab ijs, quibus fidem non adhibere ipse incivile judicat fol. 707, tanquam certa temerè nobis obtrudi patiamur*) in conditionem item & statum illorum qui edide-





tunt adhibito accuratissimo scrutinio inquiratur, codices eorumque relationes inter sese conferantur, verba probe expendantur, tum de mum decerni poterit quâ fide & quo cum successu Leo hos triarios in partes vocaverit. Interea non desinemus Leonis dictis fidem abrogare, nec mirabitur ille aut indignabitur nisi iniquus esse velit, aut sibi quoque fortassis tribuat quod Patribus prodigiôsâ & absurdissimâ novitate tribuit, quando libro de utriusque ecclesiæ in dogmate de Purgatorio consensione §. LI, Conringianis argumentis oppressus scripsit, *expositionem (difficiliorum & dubiorum in scriptura locorum) Spiritum sanctum ipsarum scripturarum autorem ecclesiæ & Patribus dictasse, & quotidie dictare. Et in hoc obsequio captivare sese cum Græcis suis & Papistis intelletum, fateri inscitiam (quomodo vero fatentur inscitiam si difficiliorum in scripturis expositionem Spiritus sanctus quotidie ipsis dictat?) neque velle plus sapere quàm ipse spiritus, qui a vult, & quomodo vult, & quibus vult spirare.* Ex hoc ulgue reliquum tu Leonem Lector! nec mirare deinceps, si Leo *difficilimum locum Pauli (1. Cor. III. 15) ut Patres interpretantur intelligens, rideat quicquid ad illum convellendum arguentur Calixtus, Conringius, Titius heretici.* Mirare potius quod Leo, *plenus ad eò spiritu,* hæreticos non conficiat solo obtutu, ferè sicut Petrus conficiebat Ananiam & Saphiram. Planè confido, Dn. Baronem Joh. Christianum Boineburgum, cui librum suum Leo contumeliosâ in Clariss. quendam virum, eundemque Dn. Boineburgo non minus quàm mihi amicum Præfatione dicavit, quemque post multa scurrilia convitia, improbâ tandem & insanâ petulantia, tantum ut socio suo Nihufio

fio



sic blandiretur, tanquam *inexpertum*, & rerum divina- De conf.  
 rum ac humanarum plane *jejunum* contra propria conscientia utriusq.  
 tia siquam reliquam habet, contra orbis eruditi publi- eccles. ad  
 cum de Viro illo doctissimo, signis minimè fallentibus Alex.  
 ostensum iudicium, traducere non erubuit; seriò & gra- VII, fol.  
 viter, quamvis à partibus nostris ad sequiores & iniquio- 300.  
 res illas desciscere ipsi placuerit, lividam tamen hanc &  
 agrestem efferati Leonis obrectationem, cum ipse lon-  
 gè aliter norit, nec minus abnormem illam de *Spiritu san-*  
*cto Patribus difficiliorum scriptura locorum expositionem*  
*quotidie dictante* insipientiam improbatum esse. Fa-  
 teor sanè, si Leo commentitium illud, Patribus à Spiritu  
 sancto factum dictamen persuadere hominibus, si ratio-  
 nem quoque eripere eò usque ijs posset, ut *inexpertos &*  
*rerum divinarum ac humanarum jejunos* statim crederent,  
 quos ille de Pasquino tales proclamaret, habiturum rem  
 compendio confectam, nec difficile ipsi deinceps futu-  
 rum, quo vis obseuro scripturæ è loco nihil non monstro-  
 rum nobis, obstetricante Patris hujus aut illius arbitra-  
 riâ expositione, producere. Hæretici tanquam *inexper-*  
*ti & jejuni* talibus deberent esse contenti, sicuti olim con-  
 sarcinatores Confutationis Augustanæ Confessionis de  
 utraque sacramenti specie Laicis denegandâ pro imperio  
 dictabant; DEBENT ESSE CONTENTI. Legatos ad in-  
 visendas Græcorum ecclesias tunc mittimus, quando Leo  
*ecclesie Romanæ mansuetiam*, quam Prefat. ad Alexandrum  
 VII, erga sese deprædicat, nobis quoque procuraverit. No-  
 stro sumptu tanti penitere non mercabimur.

Superest leviculum, quod nec ipsum tamen Leoni  
 condonari debet. Tribuit illi cuiquam ex nostris sese lon- fol. 820.



ge doctiori ac meliori, quod nesci verit quinque esse Patri-  
 archales sedes, non quatuor, addito scurrili scommate, ne à  
 more suo descisceret. Sciatautem Leo, cum quem ipse  
 hinc mordet minimè hoc nescivisse. Videre hoc ipse po-  
 terit Præfat. in Vincent. Lerinens. sibi non ignotâ, fol.  
 LII, edit. in 8vo, ubi leget sedes Patriarchales præter Roma-  
 nam, --- Constantinopolitanam cum totâ ecclesiâ Gracâ, Ale-  
 xandrinam cui Aethiopica adhæret, Antiochenam cum Syri-  
 câ & Ierusalymitanam. Sed accipiat ex eâdem in Vincent.  
 Præfat. fol. LIV, Leo alia adhuc verba è quibus in poste-  
 rum cautius mercari discat; Quia de statu omnium per or-  
 bem ecclesiarum nobis non satis liquido constat, inde fit ut ho-  
 diè ab universitate argumentum commodè sive expeditè duci  
 semper nequeat. Similia sunt illa, Disputat. de Autorit.  
 antiquit. ecclesiast. §. XIII. Perdifficile est, imò nisi fallor,  
 ferè impossibile, certis documentis efficere, ut de omnium  
 totius mundi ecclesiarum Doctorumque sen-  
 tentiis constet.

F I N I S.



29  
 32











EO.-Reg. 2002

01 A 6727

ULB Halle

3

003 104 745



WA

Rha









Gottes / Kom mir zu hülff in m. mer letzten Noth / wenn mein  
Herr: bricht verlass m. ch nicht!

XXVI. Infelicitari temporum autem, & tenebris per Mo-  
nachos hominum animis offusis adscribendū est, quod aliq  
à regia viâ aberrantes, meritis Christi merita sanctorū con-  
iunxerunt aut ad opem ac auxiliū B. Maria, Christo tanti-  
per praterito & quasi sepulto confugerunt. Passim ait Phi-

De Invo- lippus in Apologia in va. ut hec forma absolutionis. Passio Do-  
cat. san mini nostri Iesu Christi, merita beatissima virginis Maria & o-  
Et or. fol. mnium sanctorum sint tibi in remissione peccatorum. Item qui-  
228. dam de nostris viderunt morientem Doctorem Theologia, ad quem

consolandum adhibitus erat monachus quidam Theologus. Is mor-  
rienti nihil inculcabat quam hanc precationem: Mater gratie,  
nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. Vt largiamur quod  
beata Maria orat pro ecclesia, num ipsa suscipit animas in morte,  
num vincit mortem, num vivificat? Quid agit Christus, si hac  
facit beata Maria: quae et si est dignissima amplissimis honoribus  
tamen non vult se equari Christo, sed potius exempla sua nos in-  
tueri & amplecti vult &c. Sed haec ut diximus temporum  
infelicitati adscribere, & seductorum ex ima animi mente  
misereri par est. Quid autem faciemus illis, qui hodie post  
accensam claram lucem, in tenebris tamen illis porro ma-  
lunt oberrare? De Justo Lipsio non sine laude refert Hiere-  
mias Drexelius Jesuita Aternitat Considerat in sub finem

quod in altum oculis manibusq. m  
precat us sit; o mater Dei, ad sis san  
decertanti, & non deseras me in h  
mea salus aeterna. Nos an mo ven  
quae ipsa opus habuit esse ne x a  
Lipsio exemplo, sequemur Prote  
turi in magno & ultimo illo ag  
nitiam nostram! Haec nostra l  
audito Haec casti maneat in v

F I N I

ad 32

PAPISTICO MIS-  
SÆ SACRIFICIO

CVM

EPIMETRO AD LEONEM AL-  
LATIUM GRÆCUM.

AUTORE

GERHARDO TITIO  
S. THEOL. DOCT. ET PROF.  
ORDINARIO

IN ACADEMIA IVLIA

EDITIO SECUNDA:  
audior.

